

Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, In Septem Capitalivm Vitiorvm Detestationem,
Per Qvadragesimam, An. 1646. narrata**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1649

Reverendissimo Et Perillvstri Domino Domino Ioanni Rvdolpho, ... Epistola
Dedicatoria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49161](#)

REVERENDISSIMO ET
PERILLVSTRI DOMINO
DOMINO

IOANNI RV-
DOLPHO

LIBERO BARONI DE
RECHBERG, IN HOCHEN-
RECHBERG, DOMINO IN DONZ-
DORFF ET WISGOLTING,

SERENISSIMI ET REVEREN-
DISSIMI

SIGISMUNDI
FRANCISCI

ARCHIDVCIS AVSTRIÆ ET
EPISCOPI AVGUSTANÆ DIOE-
GESIS ADMINISTRATORI VIGILANTISSI-
MO, CATHEDRALIS ECCLESIAE IBIDEM
PRÆPOSITO DIGNISSIMO,

NEC NON

EICHSTETTensi ET ELWA-
Censi CANONICO, DOMINO
MEO COLENDISSIMO.

EPISTOLA

(**ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΟΥ ΑΝΤΩΝΙΟΥ ΣΤΟΥΝΤΙΟΝ**)



VOD dudū animus cu-
piebat, calamus gestie-
bat, officium & munus
neum debebat, sed ho-
mīlis gladius impedi-
bat facere, REVEREN-
DISSIME ADMINISTRATOR, id
nunc demum ago, armis quietem
spectantibus, & togæ cedentibus.
Nimirum opportuna fuit mora atq;
dilatio, vt tunc tibi de ADMINI-
STRATORIS munere, & PRÆPO-
SITI dignitate latus acclamare,
& fausta precarer, cùm tam noster,
quàm aduersariorum miles desijt ti-
meri. Turbat tubarum strepitus gra-
tulationem, quæ lāta esse debet, &
cum tranquillitate. Sera gratulatio re-
prehendi non solet, præsertim si nulla neg-
ligentia prætermissa est, ait M. Tulli-
us. Et quidem tibi, immo & Eccles-
iæ Augustanæ meritò omnes gratu-
lantur, quicumque vel tuum ingenio-
rum.

Cic. Cu-
rioni,
lib. 2.

DEDICATORIA.

um, vel huius statum nouerunt. Est enim iste talis, vt tuo ingenio indigeat; & tuum ingenium, vt iacentem erigere valeat. Quod vel nomen familiæ tuæ inclytæ nobis in teominabatur, à C E R V I S & M O N T I B V S ductum. Sicut enim cerui à canibus per campos agitati ad montes se, tamquam ad asylum, recipiunt, regio Propheta dicente: *Mon-
tes excelsi ceruis: petra refugium herina-
cij: ita turbidâ hac belli tempestate,
trepida diœcefis Augustana vndique
misere vexata, inter tot rerum discri-
mina, nusquam potuit ratiùs consi-
stere quām si se tali MONTE tueretur.*
Præuidisti hoc, ô clemens Devs, præ- *Psal 64.7.*
*parans montes in virtute tua, accinctus
potentia. Idcirco fluctu decumano,
post tot vndas, secuturo, rupem hanc
in medio mari statuisti, ad quam pro-
cellæ alliderentur. Rectè dixit qui-
dam: Regendo Mundo nati sunt Mon-
tes; Atlante iam fatiscente Montem alte-*

) (3 rum

EPISTOLA

rum parat AVGVSTA, cui molem
Matth. 5. imponat. Quis hoc non videat? Non
14. potest ciuitas abscondi supra montem positi-
ta. Igitur clarius iam micare par est.
Vicinum coniucere diem licet, quan-
do in Occidente rubere M O N S cœ-
pit. Et quis tibi, aut patriæ meæ de-
tali M O N T E non gratuletur, quan-
do vel hostis noster virtuti tuæ se in-
clinavit? atrocior futurus, si tu mi-
nus prudens ac bonus fuisses. Possem
plura commemorare, si hæc tempo-
ra veritatem paterentur. De præteri-
tis fas est futura coniucere. Sed ne &
hæc quoque tibi, magna potius face-
re, quam de te ipso audire cupienti
nimis prolixa videantur, malo tace-
re, quæ alios scio cogitare. Maiorem
paginam implerent, si quæ vel hisce-
meis oculis vidi in te laudanda, velim
recensere. In eadem enim Aula Ba-
varica, atque ijsdem Principibus ad-
suimus, per aliquot annos; tu, vt mo-
tes regeres; ego, vt tradicerem artes,
simul

DEDICATORIA.

Simul læti & tristes: eo solùm discri-
mine, vt ego agerem scholæ magi-
strum, tu aulæ Præfectum. Quam-
quam tua se virtus amplius extendit,
vt, quemadmodum de Bauaris, ita
etiam de Austriacis benè mereretur.
Vtrobique amatus, vtrimeque auulsus
es, quia ad maiora à Deo vocatus.
Quæ optimè tibi cessura, non possum
ambigere; quando DVCVM & AR-
CHIDVCVM tam bonus Dux extitisti.

Et quia non erit tibi colluctatio aduer- Ephes. 6
sus carnem & sanguinem, sed aduersus ¹²
principes, & potestates, aduersus mundi
rectores tenebrarum harum, contra spiri-
tualia nequitia, in calestibus, idcirco li-
brum de septem monstris dedico,
quibus, tamquam septem Hydræ ca-
pitibus, domandis Hercule opus est.
Vale, & Vince. Ingolstadij Anno
1649. 12. Cal. Maij.

Seruus in Christo

GEORGIVS STENGELIVS
Soc. IESV.